



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de**  
**Lugduni, 1669**

X. Orianturne obligationes soluendi quæ opus bonum alias debitum  
promissæ sunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)



causamibi sed & quod meretrici datur reperti non potest, ut La-  
beo & Marcell. scribunt. &c. & cononax lex regia 53. tit. 14.  
par 5. ideoque communior doctorum sententia teste Couar. dicitur  
reg. peccatum 2. n. 5. 2. n. 1. & Anton. Gom. leg. 53. Tauri n. 68. &  
leg. 62. n. 3. Greg. Lop. leg. 3. tit. 11. par. 5. & dicitur leg. 53. Gutier.  
de iuram. cap. 6. n. 2. affirmat posse pretium conuentum peti à  
meretrici in iudicio, quia verè debitum est, neque eius actus est  
turpis, & iniquus puniatur.

Verum si malo opere legibus puniendo, vt est maleficium,  
adulterium, sacrilegium, incestus, homicidium iniqua sententia,  
conuenio fuerit, verius censo spectato foro conscientia obliga-  
tionem esse pretij conueniendi operi iam parato. Sicuti  
docent Couar. d. 5. 2. n. 2. Less. l. 2. dub. 4. n. 18. Eman. Saa. verbo  
promissio n. 3. Valq. de resit. cap. 7. dub. 2. Petr. Nauar. l. 4. cap. 2. n.  
109. Mol. tract. 2. disp. 94. & seqq. Sanch. lib. 1. disp. 1. n. 5. Nam  
leges prædictæ esto concedant sicuti repetitionem pretij soluti,  
atamen recipientem non reddunt inhabilem. Notantur dixi verius,  
quia facta probabilis est sententia affirmans nullam esse obliga-  
tionem etiam post opus paratum pretij conueniendi solvendi, quod  
eius conuenio iure civili & canonico irritatur. dicitur leg. iurigen-  
tium cap. fin. de pactis, & alius; & colligitur ex his quæ tradit Gu-  
tier. de iuram. cap. 6. n. 3.

Ex his inferitur decisio illius questionis, an & cui restituenda  
sint accepta ob turpem causam legibus punibilem? Et quidem ante  
paratum delictum danti censo esse restituenda, quia sub ea  
condicione operis concessit, quia subsecuta non subsistit donatio.  
Atque ita docent Nauar. cap. 17. n. 30. Nauar. lib. 4. de resit.  
cap. 2. n. 101. & seqq. Mol. disp. 94. inclinatur Couar. in reg. pecca-  
tum 2. p. 5. 2. n. 7.

Post paratum vero delictum si vera esset opinio Canonistarum  
asserens nullam esse obligationem pretij conueniendi solvendi, eo  
quod hæc conuentiones legibus irritantur, solummodo retineri non  
poterunt. necessario restituendum erit vt potè quod titulo nullo &  
irritato acquisitionem sit, restituendumque est danti ante iuram sen-  
tentiam, quia leges & decreta annullantia contractum, & impediunt  
translacionem dominij in acceptantem non priuam dantem  
dominio, tamen non desunt plures qui probabiliter affirmant in  
pauperes, piæque opera restitutionem scientiam esse, eo quod ex  
parte dantis, & accipientis turpitudine interuenit, cuius ob cau-  
sam conuenit ne ex iniquitate commodum reportent.

At si communis Theologorum sententia sequenda sit quæ as-  
serit parato delicto obligationem esse solvendi promissum pre-  
tium eo soluto nulla erit ante sententiam obligatio restituendi,  
quia nulla lege illius dominij acquiritur impeditur. Nam licet in  
leg. generaliter ff. de verbis obligat. & leg. iurigenitium §. siue  
ob maleficium ff. de pactis irritentur stipulationes, & conuentiones  
ob turpem causam intelligendæ sunt quoad obligationem ob  
delictum paratum, & post illud paratum quoad actionem in foro  
iudiciali. Sicuti alius relatis docent Nauar. cap. 17. n. 30. Co-  
uar. reg. peccatum 2. p. 5. 2. n. 6. Rebell. de obligat. iustit. l. 18.  
q. 19. n. 3. Sanch. plures referens. lib. 2. de matr. disp. 20. n. 7. Valq.  
late probans de resit. cap. 7. dub. 4.

PUNCTVM X.

Oriatur ne obligatio solvendi quæ ob opus bo-  
num alias debitum promissa sunt?

- 1 Distinguntur actiones debite.
- 2 Pro opere ex iustitia debito bene potes pramium offerre & oblatum teneris solvere.
- 3 Pretium tamen soluere non debes.
- 4 Quod procedit in operibus debitis ex charitate, aliaque virtute.
- 5 Variæ sunt sententia, an sic receptum retineri possit.
- 6 Resoluitur non posse pro opere debito gratiæ præstando pretium retineri.

**A**liæ sunt actiones debite ex iustitia, vt sunt iustæ sententia  
prolatio, veritatis testificatio, debiti, solutio, abstinentia ab  
vitiis, homicidio, aliisque similibus delictis. Aliæ sunt actiones ex  
charitate debite. Vt sunt elemosyna pauperi extremæ, vel graui-  
ter indigenti; alia ex religione vt Sacri auditio, sacramentorum  
susceptio.

Pro opere ex iustitia debito optimè potes pretium offerre, &  
& oblatum teneris solvere, quia licitum tibi est & laude dignum  
premiis quemlibet ad virtutem allicere. Excipe tamen iudices, &  
ministros publicos, quibus iure positio ob periculum iniustitiæ  
interdicta est munus receptio. Sic Petr. Nauar. lib. 4. de resit.  
cap. 2. n. 98. & seqq. Rebell. 2. p. lib. 18. de obligat. iustit. q. 20. n. 2.  
Valq. de resit. c. 7. dub. 5. n. 8. & 39.

Pretium tamen pro prædicto opere ex iustitia debito esto liberè  
à te it oblatum, obligationem tamen solvendi nullam habes,  
quia recipiens iustè recepit, cum recipiat ob causam quam gratis  
præstare tenebatur, ideoque ab illo receptum reperti potest. Adde  
hæc opera inuendibilia esse. cap. cum ab omni de vitia. & honest.  
Ferd. de Castro de iust. & iur.

cleric. c. si quid inuenisti 149. q. 2. ff. de condit. ob turpem  
causam. Sic ex communi sententia Nauar. cap. 17. n. 33. Couar.  
in reg. peccatum 2. p. 5. 2. n. 1. & 2. Medin. Cod. de resit. q. 2. art.  
2. §. contingit, & fulius q. 25. Petr. Nauar. lib. 4. cap. 2. n. 74. Mo-  
lin. tract. 2. disp. 83. & 93. Less. l. 2. cap. 14. n. 68. Rebell. 2. de obli-  
gat. iustit. l. 18. quæst. 20. n. 1.

Ob eandem rationem nulla est obligatio solvendi pretium  
pro operibus ex charitate, obedientia, religione, aliaque virtute deb-  
itis, eo quod iniquè recipitur cum gratis præstandum sit. Nam  
eisto illa opera supra omne pretium sunt, & ex hac parte non com-  
mittatur iniustitia in eorum receptione, atamen ea venialia expo-  
nere iuris diuini simonia videtur, & consequenter omnino illicitum.  
Deinde pretij sic soluti datur repetitio. leg. 2. & 4. ff. de con-  
dit. ob turp. causam. & leg. 3. & 7. Cod. eodem tit. & leg. iurif-  
gentium §. si maleficium ff. de pactis, & tradit Nauar. cap. 17. n.  
33. & 34. Couar. in reg. peccatum 2. p. 5. 2. n. 6. Valq. de re-  
sit. cap. 7. dub. 5. n. 37. Cui autem actio conceditur exceptio de-  
neganda non est, frustra que restituitur quod statim reperti licet.

Sed an sic solutum possit recipiens in foro conscientia retine-  
re variæ sunt Doctorum sententia, quas accurate expendit Valq.  
de opus. de resit. cap. 7. dub. 5. per totum. Nam Syluest. verbo re-  
stitutio 2. §. 2. partem negatiuam tuetur, absolute tam operibus ius-  
titiæ quam aliarum virtutum, eo quod obligatio præstare gratis  
ea opera iniustus videtur pretium pro illis exigendo vt potè exi-  
gens absque titulo. Couar. vero in reg. peccatum 2. p. 5. 2. Cor-  
duba l. 1. q. 3. 2. in 4. opinione. Ioann. Medina Cod. de resit. q. 25.  
& 26. censent nec accipere, nec retinere posse acceptum pro  
operibus iustitiæ ad quæ quis tenetur, vt. pro ferenda iusta sen-  
tentia, pro restitutione depositi, pro non occidendo, non furando,  
vel pro operibus aliarum virtutum cedentibus in gloriam Dei,  
vel in propriam operantis vtilitatem. Vt sunt pro audienda sa-  
cra, pro recipiendis sacramentis, pro omittenda fornicatione, per-  
iurio, &c. quia hæc venialia non sunt. At Mercado in sum. l. 6. cap.  
16. censent supradictis quoad opera, seu omissiones ex iustitia  
debita, secus vero quoad debita ex aliis virtutibus: cui ex  
parte adheret. Rebell. 2. p. de obligat. iustit. quæst. 2. n. 2. è con-  
tra Sorus 4. de iustit. quæst. 7. art. 1. ad 2. Nauar. cap. 17. num.  
33 pro sola administratione iustitiæ negant recipi & retineri pre-  
tium vitra stipendium debitum posse bene tamen pro aliis ope-  
ribus, & omissionibus tam ex iustitia quam ex aliis virtutibus de-  
bitis, quia eisto debita sunt, non tamen sunt debita, vt in tui gra-  
tiam fiant, potest ergo ob illum titulum pretium recipi. Tandem  
Valq. illo c. 7. de resit. dub. 5. n. 37. & sequentibus, censent non posse  
accipi, nec retineri stipendium pro operibus iustitiæ cedentibus in  
gratiam dantis, vel alterius sibi coniuncti, quia censetur inuolun-  
tariè datum, & ad vexationem redimendam, bene tamen pro ope-  
ribus iustitiæ aliarumque virtutum in propriam operantis, vel al-  
terius vtilitatem cedentibus, quia illud stipendium gratis donas,  
cum nullo metu vel coactione asstrigaris ad illud dandum, & ex  
alia parte in tui gratiam ea opera præstantur ad quod non erit  
obligatus.

In hac opinione varietate opinio Syluestri quam approba-  
uit Petr. Nauar. lib. 4. de resit. cap. 2. n. 102. Molin. tract. 2. disp.  
83. Lessius lib. 2. cap. 14. n. 68. & seqq. mihi probatur, nimirum pro  
opere ex iustitia, religione, charitate, aliaque virtute debito gratis  
præstando pretium, seu stipendium receptum nullatenus retineri  
posse. Mouet quia ex suppositione quod gratis hoc est nullo  
oblato pretio, & stipendio præstare illud opus debes, inique de sti-  
pendio, seu pretio recipiendo conuenis. Ergo teneris illud restituere  
vt potè ex conuentione nulla receptum. Neque refert in gra-  
tiam mei factum esse quod facere non tenebaris. Nam hæc rela-  
tio non tollit, nec diminuit obligationem quam habes nullo ob-  
lato pretio illud opus exequendi, & consequenter non impedit  
conuentionem esse iniquam. Adde hæc relationem solum esse  
mentalem, siquidem opus ex se faciendum est necessario, ac  
proinde ex te in tui, & in omnium gratiam cedit. Non igitur ob  
solum illam rationem mentalem superuenientem, quæ soluenti  
pretium nullius est fructus pretium recipi potest. Quod si dicas  
iniquam esse conuentionem, sed non esse iniustam, vt videre est in  
conuentione solvendi pretium pro beneficii resignatione, vel mo-  
nasterij ingressu, quæ iniqua est, sed non est iniusta? obstat, quia  
ex suppositione quod opus iustitiæ, charitatis, vel religionis debi-  
tum sit fieri nullo stipendio vel pretio oblato, iniusta videtur con-  
uentione de pretio & stipendio, vt potè quæ nullum habet titulum.  
Titulus namque debet esse opus pretio dignum ob pretium factum,  
at nequit fieri causa pretij quod aliis seculo pretio faci-  
endum necessario erat. Regulariter autem quæ offeruntur pro  
operibus cedentibus in gloriam Dei, vel commodum operantis  
non sunt censenda pretium, aut stipendium illorum operum, sed  
gratis oblata, & donata sub eo onere, & conditione, ac proinde re-  
tineri poterunt, nisi aliqua lege positius inhabiles accipientes  
reddantur. Vt aduertit P. Nauar. l. 4. de resit. cap. 2. n. 100. Less.  
l. 2. cap. 14. dub. 5. n. 70.

P V N